HIERONYMUS
um 836/859 Seite 28r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



iudiciis suis, et dabo zelum meum in te. et facient
te cum in ira furoris. nasum tuum et aures tuas au
ferent. et reliquos tuos gladio deicient; ipsi
filios tuos et filias tuas tollent et residuos tuos
deuorabit ignis. et nudabunt te uestimen
to tuo. et adsument uasa gloriationis tuae.
et auertent impietates tuas a te. et fornica
tionem tuam de terra aegypti. et non eleuabis
oculos tuos ad eos. et aegypti non recorda
beris amplius. Quia aegyptiarum carnium
recordata es. et imitata turpitudinem gen
tis immundae. quae omnium bestiarum simu
lacra ueneratur. propterea adducam con
trate amatores tuos quorum satiata com
plexu recessisti ab eorum foedere. ut quan
tus prius amor fuerat. In tanta odia uerte
reris. filios inquam babylonis omnisque
chaldaeos nobiles. tyrannos et principes.
pro quibus in hebraico habet fac ud et sue
et cue. quas multi gentes orientis intelle
gunt. cum huiuscemodi nomina nec in regum
uolumine nec in paralipomenon nec in
hieremia quidem. quide scribunt capti